UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LVI. Quid credis de Remissione peccatorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

nium eius bonorum [b], *ac Sanctorum in cœlo & in terra*, tanquam ipſius mē-
* habeāt. bra [c], communionem * *habere poſſint ac debeant*. Deinde, quod ſinguli, quæ acceperunt dona, in commune commodum & vniuerſorum ſalutem promptè & alacriter conferre debeant [d].

a 1. Ioh. 1. 3. *b* Rom. 8. 32. Ioh. 1. 16. *c* Eph. 5. 29. 30. Col. 2. 19. *d* Epheſ. 4. 15. 16. 1. Petr. 4. 10.

QVÆSTIO LVI.

Quid credis de Remiſſione peccatorum?

† meorū. Resp. Deum propter ſatisfactionem Chriſti [a], † *noſtrorum* peccatorum, atque illius etiam *originalis* prauitatis, cum qua mihi per o-
* memoriam mnem vitam pugnandum eſt [b], * *ma-*
† me *culam* omnē depoſuiſſe [c], & † *nos* iuſti-
* veniā e tia Chriſti gratis donare [d], ne vnquam in iudicium * *damnationis veniamus; niſi relapſi & impœnitentes ſequius mereamur*.

a Eph. 1. 7. *b* Pſ. 103. 3. Rom. 7. 24. 25. Ro. 8. 1. *c* Ierem. 31. 34. *d* Rom. 3. 24. *e* Ioh. 5. 24. Rom. 8. 33.

b Pſal. 102. 3. *Qui ſanat omnes infirmitates tuas*. Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum &c. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei; carne autem, legi peccati*. Rom. 8. 1. *Nihil ergo nunc damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant*.

b Resp. Morales ſanat defectus; non autem naturales, in quibus eſt & Concupiſcentia: quæ mors eſt non actualiter, in ſe, ſed occaſionaliter, inclinans ad peccandum. In qua iuſti ſe habent paſſiue & inuoluntarie: Et ſic vitæ eſt, nòn damnationis.

c Ier. 31. 34. *Omnes cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum non memorabor amplius*.

c Resp. Propitiatio delet peccatum; ac memoriam eius etiam obliuio: non tegit ſolum.

d Rom. 3. 24. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*.

d Resp. Vt ſupra quæſt. 21.

e Ioh. 5. 24. *Qui verbum meum audit & credit ei*, opere & veritate, *qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſiit à morte in vitam*.

e Resp. Venit tamen in iudicium diſcuſſionis.

Rom. 8. 33. *Quis accuſabit aduerſus Electos Dei*, Obdormientes in pace?

DOMINICA XXII.

QVÆSTIO LVII.

Quid te conſolatur Reſurrectio carnis?

Resp. Quod non tantum anima mea *ſi iuſta fuerit*, poſtquam è corpore exceſſerit, è veſtigio [a] *aut per Purgatorium* ad Chriſtum, ſuum Caput, aſſumetur [b]: verū quod hæc quoq; caro mea [c], potentia Chriſti [d] excitata [e], rurſus animæ meæ vnietur [f], & glorioſo corpori Chriſti conformabitur [g], *ſi beatur; ſecus ſi damnatur*.

a Lu. 23. 43. Apoc. 14. 13. Lu. 16. 22. *b* Eccl. 12. 7. Philip. 1. 23. *c* Iob. 19. 25. 26. 27. 1. Cor. 15. 53. *d* Ioh. 5. 28. 29. *e* Ioh. 6. 39. 40. *f* Ezech. 37. 5. 6. *g* Philip. 3. 21. 1. Cor. 15. 42. 43.

QVÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN